

Jagelno

Ja iego sługa

Moy łaskawy pane

przyjmiycye to otemnye pyszuyę

a b c d e f g h i k l m

n o p q r s t v x y z



o iuvencularum timpanistriarum

In ecclesiis benedicite deo domino de fon

tibus israel. Ibi beniamin ado

lescentulus in mentis excessu. Prin

cipes iuda duces eorum. principes za

bulon principes neptalim. Man

da deus virtuti tue confirma h[oc]

[...]

ge. Preparans montes in vir

tute tua accinctus potentia. qui

profundum maris sonum fluctuum

Turbabuntur gentes et time

bunt qui habitant termi[nos]

a signis tuis. exitus ma[tutini]

Artif
toris &
facillim
C.Ly
Si men
Atq
Perlege
Edidi
Et pote
Artif
Eia igi
Et me
Græcia
Nec

undabunt frumento clamabunt
enim et ymnum dicent. psalmus
Iubilate deo omnis terra psalmum
dicite nomini eius date gloriam laudi
[dic]ite deo quam terribilia sunt
in multitudine virtutis
inimici tui. Om[nis]

bit in finem. Currus dei decem mili
bus multiplex milia letantium dominus in eis in syna
in sancto. Ascendisti in altum cepisti cap
tivitatem accepisti dona in hominibus
Etenim non credentes inhabitare dominum deum.
Benedictus dominus die cotidie prospe
rum iter faciet nobis deus salutarium

Epistole Gasparini.

Epistolare fratris [illegible] continet [illegible]
[illegible]
Sed epistola principaliter consistit ex quinque
partibus scilicet salutatione narratione petitione
[illegible] et conclusione



Gasparini Pergamensis clarissimi orato
ris epistolarum liber feliciter incipit.

g Audeo plurimum ac letor in ea te senten
tia eẽ: vt nihil a me fieri sine causa putes
Ego enim ⁊ si multorum verebar suspiti/
ones/ꝙ a me sempronium antiquũ familiarẽ meuz
reijciebam: tamen cum ad incredibilem animi tui sa
pientiaz iudicium meũ referebam nihil erat quare
id a te improbari putarem. Nam cuz ⁊ meos nosses
mores: ⁊ illius naturam non ignorares: non dubi/
tabam quid de hoc facto meo iudicaturus esses.
Non igitur has ad te scribo litteras/quo nouam ti
bi de rebus a me gestis opinionem faciam: sed vt si
qñ aliter homĩes nostros de me sentire intelliges:
tuqui probe causam meam nosti/defensionem meã
suscipias. Nec si feceris: nihil est quo vlterius offici
um tuum requiram. Vale

e tsi antea litteris ⁊ sermone multorũ nõ satis
probari factum tuũ intellexissem/ ꝙ veterem
amicum destituisses: tamen cum haberem animum
tuum multis indicijs perspectũ: nullo pacto induci
poteram/vt in re temere quicq̃ a te factũ putarem.
Sed q̃ difficile sit (presertim in hac vrbe nostra) ex
animis hominũ euellere eam opinionem/que semel
insederit: cum s is prudens nihil opus est te admo
nere. Ego tibi omne studium meũ polliceor. ⁊ q̃ztũ
in me erit/perficiam: ne quisq̃z nostroruz ciuiũ ea re
tibi succenseat. ꝙ si vlla ratione his poterit persuade
ri: nihil omittaz. Si vero illos in sententia manere

senſero: ego vicem tuam doleo. tum tuum erit: non tantũ officium meũ ex euẽtu: q̃ʒtum ex meo ĩ te animo ſpectare. Uale.

m Ecito amo te. quia non (vt noſtri homines ſolẽt) res ipſas tm̃ ex alioꝝ ingenio q̃ʒtũ ex tuo iudicas. qđ niſi de te mihi certiſſime ꝑſuaſiſſẽ. vehementer dubitarẽ/ ne rumoꝛ q̃ de me ꝑcrebuit/ paulo te leuioꝛẽ a me faceret. Nam cum pleriqʒ admirarentur ꝙ tiberij claudij defenſionẽ non ſuſceperim: ſũt qui vltro me accuſant. ⁊ ꝑiniquũ dicunt/ ꝙ veteris amici ⁊ neceſſarij tui cauſam patiar (me ſaluo ac viuo) eẽ deſertam. Ego vero cũ non dubitarem multos hoĩes eſſe/ quibꝫ animus doleret ꝙ me ſumme amares: videbam non defuturos qui ad te ſcriberent me nunq̃ʒ bono amoꝛe in tuos fuiſſe. neqʒ tm̃ amicitiaʒ tuam: q̃ntum foꝛtunam/ ſecutũ. Sed cum te nõ ignoꝛarem: hoꝝ hominũ ſemper inſidias paruifeci. Uolui aũt ad te ſcribere: ne te ꝯtemtũ a me diceres. Illud igitur a me habeto/ ꝙ ſi cauſa tiberij a me defendi potuiſſet (ſalua ea opinione quã nos omnes volumus in republica habere) certe non minus in eius periculo laboꝛaſſem: q̃ʒ ſoleo cũ de capite ⁊ meoꝝ foꝛtunis agitur. Sed nolui fame mee periculũ facere. Turpe eñ eſſʒ/ vt qui ſemꝑ vigilaui pro ꝯmodis reipublice: nunc pꝛiuato officio hunc hominẽ tuerer. qui non ſolum multis iudicijs: ſed etiã grauiſſimis teſtibꝫ rempublicam male geſſiſſet. Hoꝛtoꝛ itaqʒ te/ ac etiam maioꝛẽ in modũ rogo/ vt (ſicut tu facis) bñ de me exiſtimes. neqʒ me alium putes: q̃ʒ cũ ſummo ſtudio olim familiares tuos defendebam. Scio nõ

longe abfuturũ/quin me in gratiã habeas: si consili
orum tuorũ|memineris· quibꝰ me sepe admonuisti
vt cũ amicis multa contulissem : omnia cõsilia mea
ad amplitudinẽ reipublice referã· Uale.

Nõ tyberio claudio nõ affueris: minime officium
tuũ reprehendo. scio eñ quantũ vnusquisqȝ nostrũ
reipublice debeat· nec dubito quin nostra necessitu/
dine omnia dicturus ac facturus fueris : que (salua
republica) in tali causa dici ac fieri a te potuerint · sȝ
temeritate sua res in eũ locũ deducta est: vt qui rei/
publice bñ ↄsultum voluerint hũc aut oderint : aut
desertum esse patiãtur. nulla ergo mihi societas est
cũ illo. necessarius meus fuit ⁊ amicus/q̃zdiu nostre
reipublice alicui vsui erat. cũ vero male cepit de pu/
blicis cõmodis sentire: ego nõ aliter ac debeo/de hoĩe
illo iudico· ꝙ verũ scribis te consiliũ meũ in hac re se
cutum: vehemẽter gaudeo. ac tantũ de hoc te hortor :
vt nihil sit ad quod te maiori studio horta ri possim.
Cum eñ antea ꝑter multa|in me officia tua/ maxi/
mas tibi gratias haberem: nũc certe eo maiores ha/
beo: ꝙ vnicuiqȝ nostrũ respublica debet esse carior q̃ȝ
priuata. Uale.

Magnas habeo nature tue gratias: ꝙ nihil est
quare cause mee diffidam· cum enim in rebus iudi/
candis summa prudentia sis preditus video nõ pos
se fieri/vt (quod multis persepe accidit) ipsa legũ no
strarũ obscuritas remoretur sententiam tuam. Tu
quid sapientie tue conueniat videbis. Ego vero ta/
bulas publicas/testes/et cetera adiumenta / que in

huiusmodi litibꝫ solent desiderari / ita parata habeo vt non cauillationibꝫ (sicut nuper aduersarij mei) sed ipsa veritate pugnare a te iudicer. vale.

Si adiumētis de quibꝫ ad me scripsisti / instructa est causa tua: nihil est quod a te dubitari censeā. Ego enī (quantū ad me attinebit) pspiciā / ne mea negligentia ullum ad te incōmodum veniat. Tuum erit videre ut cū optimā causam habeas: nō ipse tibi defuisse videaris / et post rem iudicatam venias: ne tibi aliquod simile accidat his qui de rebꝫ preteritis in cōcilium veniūt. et post tempestatē cogitant qua ratōne possit occurri piculis que iam sunt preterita. Cupio enī omnia tibi ex sētentia venire: que (saluis legibꝫ) possunt in causa tua meditari. sed ubi aliud equitas aliud tua volūtas a me exiget: nō dico tibi / sꝫ nec parenti quidē meo cōcederem / si mecū hoc pacto contenderet: vt ipe plus apud me posset q̄ leges et cōsuetudo iudicioꝝ. Uerꝫ ne te quidē hoc a me exigere pro tua singulari modestia arbitror. Non enī eo te ingenio noui esse / nec ea familia: que aliquid in nr̄a ciuitate potius iniuria q̄ iure / a se impetratum iri velit. Cura ne sepius de eadem re te admoneam: vt cum omīa tibi parata sint: turpem tibi defuisse iudiceris. Uale.

Nisi scirē de qua re / et apud quē agerem non auderē certe (hoc psertim tēpore) ad te quicq̄ scribere. Scis enī q̄ varie sint hominū suspitiones / et q̄ promptissime lingue ad maledicendū. Sed cum summa cause mee equitas sit / et tu ille sis qui nihil possis nisi equum facere: bono animo causam meā tibi cōmēdo.

Non dubito mltos hoies esse: qui arbitrant quadā auaritia me impulsum vt de antiquis sedib9/ ⁊ de auitis bonis velim. Q. Fabium pellere. Ego vero ita institutus sum: vt nullius hoīs locupletari incōmodis vnq̄z appetiuerim. Sed de iure suo alteri cedere ꝑpter hominū inuidiaz: aut timidi hominis/ aut stulti videt esse. Satis eni mihi erit/ ꝙ de re nō iniqua apud iudicem equissimū contendā. Tu aūt a consuetudine ⁊ natura tua nō recedas. ⁊ ego nihil a te nisi quod tua equitate dignum sit/ requiram. Uale.

Si ab nostris legib9 nō abhorret causa tua bñ te sperare iubeo. Non eni sum ille quem rumor popularis/ aut hoīm fama ꝯtra equitatē promoueat. nec ignoro veteri instituto magis opter iudicem attendere/ quid sit iure positū: q̄z in opinione. Sz vt ꝓbe semꝑ caui/ ne vnquā rumores ante equitatē ponerē ita prouidendū tibi censeo/ ne aliqua culpa tua hec opinio de te ꝯtracta videatur. Quicquid aūt ingenio meo aut studio prouideri poterit/ vt de iure tuo nemini ꝑpter inuidiam cedas/ totū me illud facturꝫ tibi polliceor. Illud vero ꝓ tua ꝓudētia circūspicies/ qua scz ratōe ⁊ fortunis tuis ⁊ nomini meo bene cōsulas. Uale

Uaria causa me īpulit/ vt h̄ tpe ad te scriberē. Nā cū te maximis reb9 detentū esse audierim: certe negotiū meū aliō in tp̄s distulissē: nisi idipm t'le fuissz/ vt seml' a me neglectū/ nulli9 hoīs necꝫ ꝯsilio necꝫ auxilio p9ea corrigi possit. Feres itacꝫ me si te maxias res agitātē interpellauo. puto te mēoria tener̄ q̄b9 ꝯb ty. vs'

fuerit:cum ꝑidie kalendas martias vtrūqꝫ nostruȝ ꝯuenisset. Nam cū ipse bono animo se mecū in grati am rediȷ̈sse affirmaret:neqꝫ in se vllas omnino reli- quias odiȷ supesse diceret:tu me iussisti nō solū esse equo aīo:sȝ etiā otioso. Nec amplius quicqꝫ de te su spicari Ego vero cū illius verbis/⁊ tue autoritati ma gnam fidē haberē:omnē memoriā iniuriaꝝ ac simul tatum:que inter nos fuerant: penitus ex aīo distu- leram. Quid inde secutū sit / melius audies ex hoste isto quē ad te mitto. Cui nō solū lr̄as dedi:sȝ etiā mā data que sup hac re ad te ꝑferret. Postea enī ꝙ̄ a no bis descessisti/reb(vt putabas)inter me ⁊ illū ꝯposi tis:interuenit saturnius/homo(vt scis)oīm seditio sissimus:is oīa ꝑturbauit.⁊ tm̄ excitauit odiuȝ:vt for tune mee nunqꝫ deteriori loco extiterunt. Nā(quid in morbis dici solet)malū istud recrudescit aliqn̄ a- sperius ꝙ̄ incepit.quod a nullo alio certe medico sa nari potest/q̄ȝ a teipso. Quare si me saluū esse vis:si fortunas meas incolumes:cura vt ad nos aduoles Opus est eīn celeritate:ne vis eo me esse ꝯiectū/vn de nullo tpe non dico amici:sed nec ipsa quidē salus ⁊si cupiat:possit eximere. Vale.

Quantam molestiā animo ꝑceperim cognita ty- ronis leuitate/ex hoc potes cognoscere/ꝙnisi respu. me ex ipso itinere palā reuocasset.certe nō solū has lr̄as ꝯsecutus essem:sed multo etiā illas antecessissē Si ergo fortunis tuis vt oportebat nō affui:minīe accusabis officium meū.qui cū maxīe cuperē aīo sa tisfacere tuo illa ipa patrie nr̄e caritas ex medio cur su quo ad te tendebā/plane me inuitum reuocauit.

Scripsi aūt ad tyronē quib9 verbis oportuit · ac etiaz illū docui/ vt non putaret tm̄ sibi ipsam rem tecum habendā esse: quātū mecū · qui oīm q̄ inter nos ꝯpo- sita fuerūt: autor atqꝫ sponsor fuerā. Hortatus etiaz eū fui multis rōnib9 vt rem integrā in meū aduen tum differret. ꝯcederetqꝫ illud amicitie: q̄ vt primū cū patre suo: ita postea cū illo mihi fuit. Admonui eū pluribus verbis vt plus apud se rōnes mee valerent ⁊ respectus antique beniuolētie: q̄ȝ seditōes ⁊ odia sa turnij. Quod si impetratū ab eo fuerit: magnas me ei habituꝝ gratias pollicitus fui. Si vero spem meā improba ꝯsilia hoim sediciorꝫ vicissent: interminat9 sum nihil omissurū/ qđ ad defensionē tuam ⁊ extima tionē meā ptinuit · Puto illū mihi plus crediturū q̄ȝ saturnio. que res si ꝯsilium meū fefellerit: faciam vt illū facti sui peniteat · Expecto indies lr̄as suas. si quid interim ab eo gestum fuerit qđ tibi incōmode accidat: tu me certiorē facias · Vale

Non parua res est neqꝫ inusitata de qua iam du- dum ad te scribere ꝯstitui Hoīes enī quib9 in prouin tia nr̄a curam tuaꝝ reꝝ/ ⁊ eoꝝ qui tuis reb9 fauent cō miseras: videnť a te magis ac mag' indies abaliēari q̄runť oēs vt rem ip̄az vno v̄bo dicā qđ lupos ouiū cu stodes fecisti. Sperabam9 quidē nos (qui hic tui su- mus) res tuas ac tuoꝝ ꝓfligatū iri nō posse/ ab his q̄ semp ꝯmodis tuis aduersati fuerunt: si ꝓcuratores tui (vt oportebat) aduigilassent. Sȝ inde picl'm factuz est: vnde p̄sidium expectabam9. nam hij boni viri pri mo p insidias: deinde palā nō solū ad eos qui nō bn̄ tibi volūt/ cepūt incliare: sȝ etiā se illoꝝ duces ꝓfitēť

Opus est itaq maturacōe dū adhuc res pōt curari ne tibi accidat id qd solet euenire his/q̄ mortuo medicū accerſūt.

Quamq̄ maxīe in cursu erā ac in ipso itinere veniē/di/ꝓpter eos rumores qui crebri de reb meis afferebant:tñ cū forte mihi occurrissz tabellarius tuus cū lr̄is tuis:quas illi reddēdas mihi tradideras; nolui ipm sine meis litteris ad te redire. Sz vt ad ea veniam:que ꝛ fortunis meis ꝛ meoꝝ imminere ꝑfidia et scelere ꝓcuratoꝝ meoꝝ scripsisti:oīa prius ꝯgnouerā ita se habere. maturassemq̄ maiori celeritate discessū meū:nisi fuissem maximis reb detentus. Nihil vo volui ad ea respondere/que quotidie mihi nūtiabāt ne forte proderent ꝯsilia mea his quib minime illa nota esse volebam. Nunc vero cū tantū habeā fidei prudentie tue/summeq̄ in me beniuolētie/ q̄ntum postea memini:te etiā atq̄ etiā hortor ac moneo vt eos qui partes meas sequūtur/sapiēter(vt soles)de meo aduētu certiores facias. ꝑsuadeasq̄ illis me nō ꝑius de bonis meis rationē repetituꝝ:q̄ eos ī integꝝ restitutos videro. Plr̄a ad te scriberē:nisi sperarē ꝓpe diē apud te esse/ac tabellariū tuū me celeriter ꝯsecuturum. Vale.

Qd ad te scribo tale est:vt id maxīe ad rē tuā ꝑtineat. nā ꝯsi hoc alienū a te videat:tñ necesse est /vt si recte curatū fuerit magna glīa ad te ꝑuētura sit. M. enī antoni9 ꝛ. Q. hortensius/hoīes amplissimi/ iam dudū int se(vt nosti)ad multū odiū distendēt/ ꝓpterea ꝙ nr̄is ciuib adhuc fuit difficile vtriq̄ illoꝝ placere. Dū g studio ꝑtiū nr̄a ciuitas diuisa est:tot ꝯtencōes

in vrbe oriunẗ:vt res iā plane spectare ad bellū ciuile videaẗ·Q̃·r si multi nō arbitranẗ id posse fieri:ego tñ alr̃ iudico.Sz ꝑ optunū accessisse tp̄s tollendi hꝰce ꝑiculi/ꝛ oīm hoꝝ maloꝝ cām intelligo:si tu(q̄ multū ꝛ sapiā vales ꝛ industria) volueris hoc onus assūmere.Nosti q̄ntum ciues nr̄i tibi credāt·Cogita si ciuitas nr̄ā certior facta fuerit de ꝯsilijs ꝛ studijs tuis in hāc rem:incredibilis oīm bonoꝝ ꝯcursus ad te fiet. Trahesq̄ʒ in sentētiā tuā maiorē partē vrbis·ꝛ futuꝝ video.vt·M·ant·ꝛ·Q.hor. seipos tibi ꝯmittēt.ac vltro velint a te finē his oībꝫ suis dissensionibꝫ impōi· Suscipies igiẗ hāc expeditōem tibi honestā/ꝛ reipu. necessariā Judicabisq̄ʒ nihil posse magis ad laudem tuā accedere:q̄ʒ si rē istā ꝯsilio tuo ꝑfeceris.Ṽl;

Si meo aliquo officio poterit sedari odiū·M.an. ꝛ.Q.nullo certe meo ꝑiculo ac labore desinā: donec oīa ꝯposita sunt ac quieta Video enī hanc rem totā ꝯflatā esse paucoꝝ hoīm vicio/quibꝫ ciuitatis ocium displicet·Ēnī vo illis oībꝫ ciuibꝫ bñ esse cupio:vt nō magis desiderē me esse iucolumē q̄ʒ illos saluos.nō/ nihil etiā mouet me respectus antonij ꝛ hortēsij· q̊s dū reipu·cā/tū ex antiq̄ familiaritate carissimos habeo.Cōsequar ḡ has lr̄ās meas celeriter· ꝛ quicquid poterit a me vllo studio/aut cura fieri:totū id libenẗ suscipiā·satisfaciāq̄ʒ expectatōi oīm illoꝝ ciuiū· Satꝫ aūt ꝑmij ꝯsecutū me eē arbitror.si meo aduētu ꝯ̊ǵuo tm̄ incendiū extinctū esse.Ṽl·

Nō de re vulgari ac negligēda:sed publicis ꝯmodis ad te scribo. Pudet enim me horum temporum et nostre reipublice miseret. que cum olim consilio

eoꝝ hoim̄ regeret̃/quib⁹ ipſa ſe cõmiſerat:nũc ad pau
coꝝ man⁹ ꝑuenit·qui illã oĩo tenent oppreſſam· nihil
enĩ in cõſilio cõtra afferebat̃:niſi ꝙ ad oĩm vtilitatez
ꝑtineret.nemo erat qui non libere diceret:quicquid
reipu.cõducere arbitraret̃·nec erat graue nec mole-
ſtũ his q̃ intra illos ꝑites ↄ̃ſabant̃:audire orõẽz eoꝝ
q̃ ↄ̃ ſe dicerẽt.⁊ qui maiorẽ haberẽt locũ ⁊ patrie rati
onẽ in dicẽdo q̃ȝ rei priuate·ſi q̃ hodie ſũt/ q̃b⁹ indig
na videant̃ ea q̃ q̃tidie neq3 more maioꝝ neq3 legib⁹
fiunt:nullũ hñt locũ ⁊ patrie racõem in iudicando.
Ex q̃ fit:vt aliȷ̃ q̃d recte ſen tiũt/in cõſultaciõib⁹ non
audeãt dicere.Aliȷ̃ vͦ q̃ſi oĩa in poteſtate eoꝝ cenſeãt
de nulla re volũt deliberacõem haberi:niſi illa cũ ſuis
ꝑuatis reb⁹ cõſentiat·q̃re nihil miꝝ:ſi oĩa cõfuſa ſũt
aut ſi reb⁹ pacis ⁊ belli/nihil a nobis his annis ſatis
cõſiderate vel dictuz vel factũ fuit·Vñ vero hec tãta
incõmoda reipu.acciderint:aliud non iudico:niſi ꝙ
vnũ aliquod non habemus caput aut principẽ/ q̃ de
nr̃a bene republica ſentiat· ⁊ qđ ſentit ad cõmunem
utilitatez referat·neq3 aut gratia alicuius impediat̃:
aut frãgat̃ metu .ne oĩa audeat q̃ ſibi bona ⁊ honeſta
videant̃·ſ3 nullus eſt q̃ velit ſe laborib⁹ ⁊ ꝑiculis ꝓ pa
tria offerre·oẽs patiunt̃ rempu.eſſe deſertã:ne in ali
quod diſcrimen rerum ſuarum vertantur Tu vero
ↄ̃ſi gubernatione ⁊ cura eius/odio malorũ diſceſſe-
ris:tamen proſpicies quid ad tuam virtutem ꝑtine
at· Illud aũt moneo atq3 etiam hortor:vt potius ve
lis(ſi reſpublica requirat)pro illa perire : q̃ȝ cum ea
omnem dignitatem tuam ⁊ eſtimationez amittere
Vale·

Quantum cupiam rempublicã nostram saluam esse ⁊ illam videre aliquando in sedibus nostrorum maiorꝝ repositã: nemo potest melius q̃ tu iudicare. Neq̃ certe vnq̃ cessissem improbis/aut abdicassem me ab ea: si sperare potuissem/plus mea ꝯsilia in conseruatione illius: q̃ȝ vim quorũdam ciuium ad euertendũ publicum statum valere. Sed cũ iniquorum ꝑfidia magis in publicis ꝯsilijs posset q̃ȝ ego solus valerem tũc resistere: nec essent qui se tunc defensores publice vtilitatis profiteri auderẽt: putaui ad tẽpus huic tempestati cedendum ⁊ aliquo migrandũ/vbi secure mihi viuere liceret. Quanta postea licentia ⁊ impunitas peccandi fuerit: tu qui inter fluctus illos ⁊ procellas sepe agitatus fuisti/melius potes ꝑ te cogitare: q̃ȝ ab alio audire. Quare min⁹ admiror: si nemo reperitur qui audeat libere in nostro senatu orare/⁊ ea dicere que bene de republica sentiat. ꝙ autem me ad gubernatõem eius reuocas: arbitror te illud facere magis quodã immenso in rempublicam studio: q̃ȝ aliqua certe spe liberande a me patrie. Nã cum nihil aduersum maloꝝ vim potuissem ꝑficere nec ei opitulari dũ adhuc stare videbatur/⁊ aliquaȝ vmbrã ceu similitudinem antique libertatis retinere. Quid erat ꝙ illi me putares posse auxiliari/q̃ȝ nõ modo expirantẽ: sȝ etiã omnino iam extinctã ac mortuã viderem: vellem saltem me ad eam vocasses: cũ aliqua spes huius reparãde supererat. nunc vero ad funus eius ⁊ ad sepulcrũ me credo inuitasti: vt cui nõ obtigerit ꝓ illa emori: saltȝ cũ ea funerarer. Sȝ nõ puto sapientis esse/cũ nihil possit patrie ꝓdesse/

malle secum perire: q̄z sine illa viuere. Nec tn̄ inter-
esse iudico eius qui bon⁹ ciuis sit/ obijcere se morti/
aut piculis/ pro his qui liberi esse nesciāt aut nolint:
q̄ntum suā incolumitatem tueri/ ⁊ se reseruare/ do-
nec aut honestius mori ꝑ patria possit: aut tp̄s vide-
at: q̄ nō frustra labores ⁊ picula ꝑ suis ciuib⁹ suscipi-
at. Si ḡo casus tulerit vt sentiā ea posse a me fieri/ q̄
patrie ꝯducāt: faciam. Intelliges me de restitutione
publice libertatis maiorē curā q̄z de mea salute agere.
Aliud interim nō habeo qd̄ hoc tp̄e possim nr̄e reipu
blice p̄stare nisi lacrimas: quas sepe ꝑ misero statu il
lius effundā. Uale.

Quid de me sentias: facile ꝯiecto ex turpitudīe ho
minis/ ⁊ infamia eius qui animū tuū a me alienare
voluit. Quāuis enī causa mea a te nō satis ꝑspecta es
set: tn̄ ex vita hoīs eius qui me apd̄ te falsis crimib⁹
insimulauit: potes intelligere famā bonoꝝ nō solere
nisi ab improbis tēptari. Non ergo si qua de me dissi
pata est fabula: cōmoueri te oportet. ꝑpterea ꝙ nulli
us hoīs adeo spectata est vita: quin aliqd̄ crimen con
fingi possit. Illud satis erit mihi/ ita in oculis hoīm
viuere: vt nemo me iuste criminari possit. Sz quid
plura de hac re ad te scribam: cū ipse expertus sis in
nostra ciuitate semꝑ hoīes fuisse/ qui alioꝝ fame in
sultent. ⁊ se putent eo ꝯmendabiliores fieri: quo plu
ribus ab eis detractū sit. Sed tu pro tua prudentia
nō solū ꝯsiderabis de quo aliquid dicatur: sed etiam
a quo hoīe ne cuius vita improbata sit: eius oratio
ni fidem habeas. Uale.

Satis spectata est mihi integritas tua. nec vllo

tempore putaui de vita tua dubitandum. Si quid autem de te mihi narratū fuit/ q̄d ad famā tuam per tineret: non tñ mutaui iudicium meū. Amo enī te. ⁊ forte magis q̄ȝ credas. non ꝙ magna familiaritas inter nos fuerit: sed quia nunq̄ȝ de te aliter q̄ȝ / de optimo ciue iudicaui. Illud aūt sciebam: neminē tanta modestia esse aut tam frugi: cuius vite non inuideretur. ⁊ maxime ab hijs qui pares ipsis nulla in p̄te virtutis essent. Hoꝝ hoīm vt vitam sp̄ improbaui: ita nunq̄ȝ orationi eoꝝ fidem habui. Maxime enim puto boni hoīs esse nō facile de alio hoīe credere q̄d ipse non audiuisset. Est enī semꝑ oratio eoꝝ suspecta qui prompti sūt ad maledicendū de alio. quin vl' inuidia id facere/ vel aliquo alio dolo. ⁊ si nō veꝝ: tñ simile veri sit. Scio quantū inter homines intersit. nec te ignorare scio. Satis hoīem de quo scribis cognosco viuimus enī in ciuitate in qua vita nostroꝝ ciuium omnibꝫ inter se nota est. ⁊ quo questu quis vtatur. aut quibꝫ moribus sit. Nemo est qui nesciat ꝙ ad tuam rem p̄tinet. Reieci hominem a me/ ⁊ iam m'lto antequā litteras a te accepissem. Si quid erit ī quo possim meo officio tibi placere: cognosces me ita rebus tuis amicum esse: vt beniuolentia nemini tuoꝝ cedam. Uale.

Si tibi non satis perspectus est animus eius qui te mihi inimicum reddere voluit: nunc primuȝ ex me cognosces. vt atroci iniquitate hominis illi' cognita melius possis iudicare/ quanta sit ei fides adhibenda. Sic enim tu de homine hoc/ habeto ita

vitam illū ab adolescentia instituisse vt postea etate
crescente/ a nullo sit passus aliquo in genere flagicij
se vinci. Cum eñi loco satis illustri natus esset: ⁊ in
ciuitate florentissima/ in qua facile sibi erat maiorū
suorum gloriam ⁊ dignitatē cū laude tueri: maluit
apud alios turpissimā vitam agere. qui cū omni li-
bidine ⁊ intempꝑantia opes maximas breui tꝑe ꝯsūp
sisset. ad has deniq̄ʒ artes se ꝯuertit: vt scilicet fortu
nis alioꝝ insidiaretur. Hunc igitur questū sibi mi-
sere inuenit: vt sicut amplissime opes ille cū adhuc
eis habundaret/ nemini bono vsui fuerūt: ita modo
eius inopia multis grauis est. Suaderē tibi/ ac pla
ne rogarem: ne huiusmodi hominē audires/ cum ali
quid de me male refert: nisi te optime ꝯgnoscerem.
cui nō possum nisi frugi hoīes placere. Habes qua-
lis homo sit hic. sʒ quātū ei credendū sit: cū is tā im-
probꝫ/ tam perditus aliū apud te accuset: ꝓ tua mo
destia prospicies. Vale

Et si admonitore non egebam/ qui me de nostra
amicicia cōmonefaceret: tñ auide tuas lr̄as legi. nō
q̄ de animo tuo dubitarē: sed q̄ꝛ me certiorem fecisti
de perditi moribꝫ hoīs/ de quo ad me scribis. Cum
eñi ad hoc vsq̄ʒ tempus oīa accidisse sibi putarē iniu
ria fortune magis/ q̄ʒ suo aliquo vicio: sepe calamita
tis eius misertus fui. nec inducere in animū poterā
hoīem qui ex florentissimis opibus maioꝝ suoꝝ tam
breui tꝑe ad miseriā perductus fuissʒ: nunc fortūis
alterius insidiari/ aut alteri ꝑ inuidiam velle detrac
tum iri: cū sepe legissem fortunaʒ aduersam miseros
hoīes sui recognoscētes facere. Sʒ hoc in his hoībꝫ

vero expertus fui qui errore aliquo: vel adolescētia indu
cti ad paupertatem venerūt. Neminē vero arbitrabar
tam iniquo aīo eē qui in his reb9 que nullo ꝯmodo
sibi accedunt: nō deponeret malitiā suā. ⁊ mallet se i/
dignū fortuna sua videri. Sȝ postq̄ȝ lrās tuas legi:
plane intellexi: eū nō amentia aliqua aut errore: sed
inuidia quadā ⁊ dolo ad hoc impelli. Ero itaq̈ȝ ceterꝭ
in reb9 cautior: si qn̄ huiusmōi arte vsus fuerit. In
tua quidē re nihil est quo fidez homini qui hodie vi/
uat possim habere: nisi ꝯsentiat cū hisque olim de te
mihi ꝑsuasi. Sȝ si quid de alio hoīe ꝯfictū ab eo fuis
set: facile potuissem aut errare opinione/aut labefac
to. Habeo igit̄ tibi grās qui non es passus ignorare
me diutius: qua vita ⁊ quib9 morib9 is homo esset.
Si quid ī ceteris reb9 cognosces qđ ad me ꝑtineat:
facias (vt cepisti) me certiorē: rogo. V.

Qua vita sit aut quib9 morib9. P. publius: nō sa
tis ꝯpertum habeo. sȝ tn̄ ita iudico vt prius a te iudi
cium faciendū sit de. A. sergio: qui illū apud te accu/
sauit: q̄ȝ vt vllum crimen ab illo ꝯmissum in te cre/
das. Omnib9 eni (vt audio) accusationū machinis ī
crimināndo eum vsus fuit. nihil (inquit) his annis si
ne ꝯsilio publij a tuis inimicis esse gestum. multa a
lia his addidit: que illū inuisiorē faciūt. alios ex tuis
seruis dixit ab eo pulsatos eē. alios vi de fundo tuo
eiectos. spargitq̈ȝ illū multis suspicōib9 ⁊ cōiecturis
Tu vero (qui carnificem hunc ignoras) oīa putas ab
illo bono in te animo dici. ⁊ ea nō dubitas ꝑpetrata
esse: qua hō iste nequā ⁊ petulentissimus: de homīe
forte innocente ꝯfinxit: ⁊ tibi narrauit. Sed ne tuo

aliquo vel in cõmodo/ vl ꝑiculo quicq̃z ei temere cre
das: scito beluã istã priusq̃ꝫ a nobis illã eiecissem⁹: ex/
citasse sedicões tãtas ꝛ discordias in nr̃a ciuitate: vt
nulla esset fere tã firma societas aut amicitia: q̃m lig
ua sua ñ labefecerit. Nemo erat tãta modestia/ q̃ꝫ vbi
hõ iste teterrimus ingeniũ accomodauerat nõ aliq̃
ꝑte paruifaceret. Sꝫ postq̃ꝫ ceperũt hoĩes intelligere
nullũ domesticũ malũ esse in ciuitate/ nullũ etiã pu/
blicũ cuius ille impulsor ac suasor extitisset: tãto oĩm
odio ꝯspiratum est in eum: vt parũ abfuerit/ quin
manib⁹ vulgi diuelleret. Illũ q̃ velut aliquã nr̃e rei
pu. pestem/ a nobis nõ dico emisimus: sꝫ precipitem
ex ciuitate ꝑturbauimus ac magno clamore publico
extrusimus. Is cũ apud finitimos nullũ sibi recep/
taculũ aut latebras inuenisset: ad nos diuertit. Nec
adhuc supiori fortuna deterritus est: quin (vt video)
ad antiquũ morẽ suũ redeat. Sperauit posse beniuo
lentiam facile sibi ꝯparare: si se inimicũ his ostende
ret/ q̃s ille tuos hostes affirmaret. Multa de insidiis
publiis de vi ꝛ libidine sua exposuit. Et tñ cũ hoc dicit
nullo teste nisi seipso vtitur. Nullã affert certã ꝯiec/
turam. nullũ signũ q̃d in quemuis nõ possit cadere.
Una res illi audaciã ad accusandũ facit: ꝙ is qui ac/
cusat/ nõ est tibi satis notus. ꝛ sic te impediri dolore
ꝛ iactura tuaꝝ rerũ facile putat: ne omnẽ rem velis
ab ipso inicio cognoscere. Sꝫ (nisi caueas) hũc ludũ
tibi faciet quẽ sepe nos magno malo nr̃o experti sum⁹
Est eñ hõ pestifer/ ꝛ oĩs malitie artifex/ ac fabricator
Omnes tibi ex amicis inimicos faciet. nec conquie
scet: donec ꝑiculuꝫ quod a nobis depulimus/ ꝛ vrbi

tue ꝛ oib⁹ senatib⁹ intulerit. Quare (si sapis) non solum ei nullā fidem habebis: sꝫ nostro exēplo id ages cū tuis ciuib⁹/ vt hūc hoīem nō aľr ꝙ̄ aliquā publicā pniciem a vobis exterminetis. Hec ad te scripsi nō passione aliqua aut odio in sergiū/ nec beniuolentia vlla i. Q. publiū: sꝫ oīa recto cū iudicio feci. Et qꝛ te valde amo: facies qđ tibi visum fuerit. Sꝫ vbi ꝯsilium meū sequi volueris: nihil temere de publio credes. iudicabisqꝫ illū nullo odio tuo dignū: nisi etiaꝫ alio accusatoꝛe/ ꝛ aliijs testib⁹: quoꝝ vita honestioꝛ sit illū eadē admisisse didisceris. Ꝟ.

Que de vita ꝛ moꝛib⁹ sergij admones / magnas tibi grās habeo. Volo enī magis hoc paternū mādatum videri mihi: ꝙ̄ ꝯsilium. Scio te nunꝙ̄ inductū fuisse vel odio sergij/ vel beniuolētia publij: vt hec ad me ꝯscriberes cū alter iam sit publice a vobis emiss⁹ alter vo nec familiaris tibi/ neqꝫ notus. Nihil ergo te ad scribendū impulit: ꝙ̄ illa tua egregia voluntas ꝛ beniuolētia/ tū in meipm: tū etiā in nostrā rempu. Sed (vt nosti) nihil difficilius ꝙ̄ internoscere quo quisqꝫ aīo in nos sit: p̄sertim cū in amicitiā assumūtur homines qui in ciuitate noui habenť. nihil enī ꝑter verba ꝑcipimus / quib⁹ sepe maximi animoꝝ motus ꝛ vitia teguntur. Fit ergo vt facile ab eis fallamur. sed nunquā magis: ꝙ̄ dum aliqua passione īpedimur. Cognitos aūt nō fugere ꝛ non recedere lōge vt ab omni eoꝛum societate ꝛ ꝯuictu: ita etiā ab oꝛatione hominis est (meo iudicio) aut amentis / aut furiosi. Non negabo me verbis sergij allectū esse. videbatur quidē ꝛ in gestu modestiā: ꝛ in oī sermōe eius

grauitatem proferre. Est etiã (vt scis) gratia quedaz
his qui externi sunt: ⁊ se nobis tradũt. aut q2 oĩa vt
dicit̃ noua hoĩb9 placẽt: ⁊ maxime quo magis ad hu
mana studia accedũt aut ꝗ naturaliter hiis afficimur
quos in res nostras affectos esse credimus. Quib9
reb9 ꝓmotus citius oĩa admisi que tanto ille ingeĩo
fingebat. Concitatus quidẽ non paruo odio in pu
blium fueram. neq3 in vindictã tm̃ mihi volũtas ab
erat: quantũ facultas. ꝙ si sors tulisset: grauius fortas
sis in eum vltus essem: q̃3 ille foret meritus. S3 bene
se habet ꝙ mihi oẽs mores eius detexisti: priusq̃3 tp̃s
mihi aptũ ad nocẽdũ fuerit. Non ꝯmittam post hac
vt me homini tam ꝑfido credã. nec ꝑmittã vt ciues
meos aliqua huiusmõi simulacõe decipiat. Faciam/
intelliget quid sit dolo eius eos deludere a quib9 ipe
ꝓhumane tam comiter exceptus est. De tua vo illa
in nostrã rempu. volũtate egregia scito iam me in se
natu retulisse/ ⁊ exposuisse lr̃as: quas ad me sup hac
re dedisti mirũ est qñãtas oẽs tibi grãs egerint. ⁊ q̃n
ta beniuolẽtia te ꝯplexi fuerint. Laudabãt in primis
animũ tuũ/ quo te esse in colenda amicitia cognosce
bãt. Deinde multomagis te amabãt: ꝙ nostro ꝑiclo
tanq̃3 alicui ꝯmuni patrie ꝯmunicaueras. Ego vero
oĩa que ab his dicebant̃/ non solũ probabã: s3 q̃3 q̃sq̃3
de te dixerat sententiã/ valde augebam. Sic ex curia
discessum est: vt publice mihi oẽs hoc officiũ iniũge
rent/ vt tibi pro se oĩb9 gratias ingẽtes dicerem. S3
cũ ego multo maiores pro causa tibi mea debeã: ita ꝓ
vtroq3 tibi grãs ago. vt nunq̃3 vel ꝓ voluntate mea:
vel pro tuis meritis/ satis cumulatas posse tibi etiaz

ferre videar. Uale.

Non vereor tacitū iudiciū / qͤ eū restituere in gratiā studeā. quē tibi vehemēter suspectū habes. Nō certe (cū te maxime diligam) potuissem induci ad officiū nisi tua plurimū interesse arbitratus essem. et rebus tuis bn̄ cōducere. Uideo equidē opa et manufactum Sex. rufi / qui cū te alienū redderet a quintilio / pro q̄ ad te scribo: male cogitabat. Quid de eo si animum aduertisses: prius a te iudicandū esset. Sed (vt puto) te alia re offensum et pturbatum inuenit. facilem ergo aditum sibi sperauit ad concitandū animū tuū atqꝫ inflamandū cōtra illum. Ego vero quāqꝫ difficile sit de altero affirmare: (et maxime cū de amore et odio agitur) tn̄ nō dubitabo fidem tibi de vtroqꝫ facere. Est eñ alter iam pene mihi notior q̄ sibi / ꝓpter antiquā familiaritatē et societatē in multis reb. De altero vero sepe id a patre tuo ciue optimo audiuisse memini: nunquā maiores eius amicos sibi fuisse. Illō addebat ita inueteratū esse odium / vt iam nulla ratiōe speraret a se illud posse tolli. Maius eñ dicebat excitatum esse incendiū: quā vt nulla aqua extingui possit. Cogita ergo quantū huic homini credendum sit: qui maiori odio q̄ gratia dignus sit. Hec tibi vellem prius nota fuisse / nunq̄ esset huc ꝑuentū / vt vel antiquū amicū a te reiecisses: vel inimicū tibi adsciuisses. Sꝫ ꝑmitte (queso) te a me exorari. et plus mihi vni credas / qui omnia ꝑspecta habeo / et te summe diligo: q̄ homini isti / qui non sentit quid sit rectum nec a veteri odio discedit. Si intellexero te animum tuum quintilio restituisse: confirmabis meā in te be

niuolentiaz/7 animos oim qui te amant. nec apies audaciã his hoibꝫ/ qui sibi viã ñ sine tuo incõmodo ad te maledicendo affectãt. Aliud nõ est p̄miũ qd maius a te ꝑ nostra amicitia expectem : ꝙ vt intelli gam ea me posse facile aput te ꝯsequi / que sunt ho/ nesta. Uale.

Quãꝙ de tuo in me studio ac beniuolẽtia nunꝙ dubitauerim: tñ mirũ est ꝙ in te amor meus indies crescat. Non putabam fieri posse: ꝙ mea beniuolẽtia ꝯmulatior esset. ſꝫ effecisti vt nullo tꝑe visus sim a te amari nisi hodierno die. Cũ eñi nulla occasio olim ĩteruenisset/ cur me ab aliquo errato deterreres: nun ꝙ potui in leta materia certũ expimentũ amoris tui sumere. Qr aũt nunc me admones: nec pateris me in amicitia peccare. tñ oẽs magis laudibꝫ ꝙ correcti one delectemur: tñ nõ aliter reprehensio tua mihi est iocunda: q̃m vt interdum amara/ interdũ dulcia delectant. Nõ quero defensionẽ aliquã apud te. Est eñi hoc ꝑtinatie viciũ: ea velle tueri que emendari o porteat. Si tñ quĩtilius ea modestia vsus esset qua poterat: certe hoc malũ serpere desisset. Sꝫ cũ iniquo aĩo fert nostrã ꝯsuetudinez esse intermissam: id egit vt nõ solũ eam ꝯfirmaret suspicõem quã de se ꝯcepã sꝫ etiã mltomagis augeret. Accidit ergo qd sepe ĩ ma gnis incendijs videmus: q̃ vbi neglecta fuerũt/ etiã si minima ab ipso initio extiterint: tñ ad summũ cõ/ surgunt. Nũc do qd instat agaꝫ. Ego (quantũ est in me) operam dabo/ vt illũ cariorẽ aliquãto habeaz: ꝙ si nullũ odium intercessisset. Sepe amor intermissꝰ acrior ꝯsurgit/ ꝙ continuatus. Non te admoneo (cũ

stis prudentissimus) quod nihil in ista recōciliatione a te agatur/preter eam opinionē quā de me hoīes faciūt posset enī leuitatis mee videri/aut timidi animi: quod vltro meū animū sibi restituissem (Scio) facies oīa pro tua sapiā q̄ ad honorē meū spectabūt Ual.

Scribo ad te de concordia et pace/q̄ nup magno cōsē su oīm ciuiū nostrorum inter se celebrata est Cū enī bel la ciuilia tīn exarsissent: quod iam semel ac iterum partes i ter se concurrissent magnis viribus: viderentque oēs nō de preda sed de vita atque sanguīe certare: statim quedā vis diuina (vt ego arbitror) mētes hoīm adeo inflex it vt nemo esset/ qui nō summe pacē et concordiā affec taret. legatis itaque vtrimque sup hac re missis: statim placuit oībus (depositis odijs) renouare legē aureliāi/ quā olim athenienses (duce trassibulo) tulerūt. ne vl la omnino memoria offensarum extaret: illa enī obne/ scia obliuionē iniuriarum interpretatur. Orta est ergo tā ta quies in ciuitate: vt nulla vsque bellorum vestigia ap/ pareant. Hec tibi significare volui: vt qui sp bella ci/ uilia execra tus fuisti/nūc tanta pacis tranquillitate q̄nta nescio an vnq̄ legeris: plurimū gaudeas et nr̄e fortune congratuleris. Quare nisi maior cura te detieat queso accedas. vt non iam per litteras: sed in presen tia hoc tanto bono sciens et videns nobiscum fruaris. Uale.

Rem mihi nuncias gratissimam. Nam vt bella ciuilia semper execratus fui: ita pacem omnibus re/ bus pretuli. Que porro potest esse patria / cuius res prospere magis me oblectent: aut aduerse maiori do lore afficiant: quam tua / in qua patria omnia fere

communia habeo. Cum em̄ genus aliunde traxissez
tn̄ plurima ornamenta atq3 adiumenta vite apd̄ vos
consecutus fui. Multas quidez artes/atq3 honestis-
simas disciplinas a vestris hominib9 percepi. Et (qd̄
non in postrema parte locandum est) plures amiciti
as ac societates cū tuis ciuib9 contraxi: q̄m eaipsa pa
tria que me genuit. Preterea incredibile est/quanto
merore essem: cum audirem quottidie priuatis odi
is ⁊ publicis oīa inter vos decerni. Merito ergo ve-
stre fortune gratulor. que quo magis insperata erat
eo mihi iocūdior fuit. Qr vero me hortaris : vt hoc
tanto bono vidēs ⁊ sciēs vobiscū fruar (vtor em̄ vbis
tuis) facis amice. quāq̄m adhortacōe tua non egerez
⁊ iam apud vos essem: nisi fuissent maxime occupa-
tiones. quib9 nr̄e reipublice causa detentus fui. Sz
vt spero: non multos dies abero. iterim illud cupio
tibi persuasum esse neminem viuere qui magis vr̄is
rebus secundis gaudeat : aut ex vestra ciuili ↄcordia
maiorem voluptatem sentiat. Uale.

Magni honores his dieb9 delate sunt ad antoniū
ciuem nostrū. hoīem certe sapiētissimū. quib9 nemo
nostrū est/qui nō summe letari debeat. Non em̄ fieri
potest/ vt sua gloria etiā nostra non sit. Est preterea
non parua spes nobis omnib9 iniecta bene sperandi
de nostra republica. ⁊ posse aliqñ simili bn̄ficio vti. si
quid em̄ aliud est quod faciat aīos nostros erectos
ad virtutes: hoc in primis arbitror esse positum/ī ra
tione honoris ⁊ glorie. Que si magis virtuti q̄z fortu
ne confertur: videmus omnes cogitiores atq3 alacri
ores ad magnas respiciendas tendere. Hortor ita

q̃ vos ac diu oro/vt nostre reipubice ꝑ litteras ꝯgra
tulemur· que sepe numero ꝯferendo iustos honores
his qui egregie de se meriti sunt: multos duces sum
mos ⁊ optimos ciues fecit. Non dubito pro vestro
in rempublicā amore/vos in bonis vestris habere q̄c
quid honoribꝫ ⁊ dignitate huius hoīs accessit. Sed
h̄ animi vestri iudiciū gratius erit. si (vt dixi) ꝑ lr̄as
⁊ reipub. grām/⁊ optimis huius viri factis dignam
gratulacōem habeatis· Uale.

Nulla re scito nos multis annis maiorem volup
tatem cepisse: q̄z postq̄m renunciatū est nobis de ho/
noribꝫ delatis ad antoniū. Non enī sumus illi quibꝫ
oculi doleāt: q̄ eos videamus in repu· magnos esse
qui sua virtute ⁊ industria bn̄meriti sunt de illa. sed
hoc vnū male nos hꝫ: q̄ qui virtute pares sunt: hono
ribꝫ ⁊ dignitate inferiores existant· Licet enī tecum
omnia loqui libere ⁊ debemus: cū te socio ⁊ adiutore
semꝑ vsi fuerimus. Una tn̄ res nos (vt scribis) me
lius hortat̄ sperare: q̄ respublica se illis ꝯmittit: qui/
bus debet. Nō enī putamus eos immunes futuros
bn̄ficioꝝ eius: qui aliqua ꝑlatione virtutis excellūt·
sed plura alia de hoc scribimus quibꝫ verbis oportet
patribꝫ ꝯscriptis· ⁊ grās agimus sue sapientie q̄ oēs
ciues bonos ad bene cogitandū excitauit. Antonio vo
ꝯgratulamur: q̄ virtuti sue fortuna ꝯiuncta est. Tu
vero nos ꝯmendabis illis. ⁊ hortaberis vt si quo lo
co videbunt nos reipublice auxiliari: non laboribꝫ:
non periculis nostris parcant· sumus quidem illi q̄
nō patiemur vos aut sollicitudīe: aut fide ab aliquo
nostro ciue vinci· Uale.

Gratulor illud tibi ex sñia optimatũ obtigisse:ꝙ
de tua restitutione in patriã semꝑ optauerã.Curaui
aũt añ oẽs rem totã ad te ꝑscribere vt intelligeres ƀ
meo officio neminẽ esse:qui te p̃ntez magis affecta/
ret.Cũ eñi senatus de summis reb⁹ frequẽs in curi
am venisset:multaqꝫ inter se agitata essent/q̃ ad salu
tem ciuium ꝑtinerent.postremo ꝯmẽmorata ast cau
sa tua.Fuit aũt in ea ꝯsultacõe incredibilis de tua re
stitutione oĩm patrũ ꝯsensus.qui locus multa de a
nimi virtute/de animi moderacõe/ac de indignitate
fortune tue/honorifice dicta ac responsa habuit.nec
nõ multo post ex ꝯmuni sñia placuit ragacõez de hac
re fieri.Senatus ġ ꝯsultum eodem die ꝯscriptũ fu
it/ꝙ nõ solũ patriã:sꝫ etiã bona tua ⁊ dignitatẽ recu
pares.Ego vo(vt statim dixi)nõ expectaui vt hec pa
trum sñia ad te ferret.sꝫ antecedere volui:vt q̃ amo/
re ⁊ beniuolentia prior eram:citius tibi de oĩb⁹ rebus
a nobis gestis ꝯgratularer.Ual.

Quominus expectate lr̃e tue de mea restitutione
fuere:eo gratiores mihi extiterũt.Uideo equidem
ꝙ amor tuus vndiqꝫ se expendit.nec facile dicã que
res maiore voluptate me affecerit:an ꝙ senatus con
sultum de meo reditu ꝓmulgatũ sit:an ꝙ tu illd mi
hi in primis nunciasti:Cum eñi omnia patribus ꝯ
scriptis debeam:qui mihi illum optatissimũ patrie ꝯ
spectuz:qui opes/qui dignitatem restituerũt:plura
tñ videor tibi debere qui neqꝫ in exilio vnq̃m desisti
me consolari/⁊ de mea reuocatione in vrbem ita attẽ
tus fuisti:vt omnes necessarios meos/⁊ ipsam rem

publicam que me restituebat hoc officio/hac huma-
nitate vinceres. Sed cupio p te certior fieri: vtrum
mihi liceat ꝓpter inimicos meos tuto esse in patria.
etiā meo more prisco/ ⁊ causis amicoꝝ: ⁊ reipublice
versari. Scis quidē quot inimicos ea res mihi fece
rit: dū resisto potentie illoꝝ/ qui putāt se nullis aut
legib9/aut equitati subiectos esse: vnde oīm maloꝝ
meoꝝ origo fluxit. Mallem aūt (vt assueui) vitam ī
exilio agere: q̄ꝫ totiens in eosdē fluctus ac ꝑturbati
ones reuolui. Spero tñ ea sapia ac moderacōe p̄res
ꝯscriptos esse: vt nihil decretum sit ab his: q̄ŏ nō ve
lint constanter ⁊ bene tueri. Sed magis securo aīo
ero: si prius a te omnia explorata esse intellexero

Nulla res est que te perturbare debeat: si eo tempe
de pace agitur / quo maxime de victoria tue partis /
omnia tibi permittere ⁊ sperare videberis. Maiorē
crede mihi modestia tua laudem referres: q̄ꝫ tulisses
gloriam ex victoria. Habet (non nego) quid magnifi
cum ⁊ mirabile in oculis hominū fama belloꝝ. m̄lta
sepeq̄ꝫ numero ipsa disciplina militaris/ magna rei
publice adiumenta ingenerauit. Que nisi suscipia-
mus: et singulari quadam laude predicemus: certe
vel inuidi/ vel insueti rerum maiorum videbimur.
Sed caue quicquam ex his que reposita sunt ma-
gis in fortuna quam in virtute posita: tu vel minime
virtuti compares. Nullius enim imperatoris: aut
ducis maximorum exercituum laus et gloria tanta
fuit: quin illa et centurionibus communis esset.
et hiis qui manu fortiter cum hoste conflixissent.

Modestie vero/humanitatis/clemētie/ꝛ ceteraꝝ vir
tutū nemīnē is hꝫ sociū vel ꝑticipē qui illis recte ꝟti ꝭ
Quare ti ꝑsuadeo/nullū ex tuis laudibꝫ maiorē:q̄ꝫ si
publicis ꝯmodis inseruies/ꝛ paci studebis·q̄ si recta
sit:oī bello melior sꝑ fuit Vale
Non ignoro de pace sꝑ auide audiendū esse:etiā si
muros(vt dr)aries ꝑcusserit·Sed illā non arbitror
pacē esse dicendā:que plus habitura sit insidiarum
q̄m bñuolentie.scio a te oīa bono animo dici.sꝫ(plus
puto)nō satis attendis:que causa ad pacē hostes me
os impulerit·Cū eñ se destitutos oī ꝑsidio viderēt
ꝛ iam oīa desperata:cogitauerūt qua racōe possent ali
quod spacium respiratōni dare.nō vt sibi imꝑpetuū
esset quiescendū: sꝫ vt acrius bellum possent restitue
re·Nemo quidē naturā eoꝝ melius nouit: q̄m ego
ipse·qui superioribꝫ tꝑibꝫ sepe de fallacia eoꝝ doctus
fui·Dehinc ꝑsuadent vt te sponsorem pacis ꝓ ipsis
prebeas·nec prospicis/ꝙ nō tam animo pacē optent
q̄ꝫ vt tꝑi ꝯsulant·Nollem sapiens esse meo ꝑiculo:
vt hanc animi modestiā tanti facerem:ꝙ illā victorie
quā in manibꝫ habeo/anteferā·Quare nihil aliđ ha
beas.noli michi suasor esse in ea re/que michi posset
plura q̄m credis/non solum incōmoda:sed etiam vi
te mee pericula afferre.Vale·

Si optas a me scire/quid a te maxime velim: 17
summa est/ne minoris amicitiam meam facias/q̄m
ego tuam·Scis quantum amaui te/ ꝛ q̄ntū excolu
erim·Nunq̄ꝫ vllū fuit tm̄ in re mea ꝯmodū:qđ ꝓ te
non negligerem. neqꝫ incommodum: quod pro te

non susciperem: vbi hoc vsui tuo accedere intellexi. Nescio quo alio officio/aut quib9 signis maiorib9 tibi declarare potuerim quantū te: 7 diligerē 7 obseruarē. Tu nisi me ames/7 carissimū habeas: nescio quā causam satis idoneā afferas. Cū eñi ceteris in rebus semp̄ optauerit alios vincere: certe in hoc vno/7 si a te nō vellē in amore supari tñ parez te mihi esse maxime cupio. Vale.

Littere tue magnā mihi attulerūt molestiā Amo cū te ex aīo/7 valde obseruo. Tu vero mihi videris amicitiā meā subaccusare. nec satis intelligo/quorsū hec verba tua pergant. Vellem/possem aīo imperare/7respondere tibi modestius. Sed postq̄z me cogis: cum bona venia tua vellem responderes mihi qñ tibi in amore nō responderim. immo qñ te amando nō antecesserim. Aut eñi vim amicitie ignoras: aut male ab alio audiuisti. Non nego te nullū in amicitia nostra officium p̄termisse. nec erat ista ꝯmemoratio tua necessaria: nisi me plane vis (vt mihi videris) ingratuz in te dicere Possem hoc ī loco/mihi nisi pudor essz īpedimento multa narrare: quib9 agnosceres nunq̄z me tibi vllo officio/ac beniuolētia cessisse. sz nō committam/vt beneficioꝝ meoꝝ videar maiorem rōem habere: q̄z amicitie. Nihil eñi videt mihi min9 amantiū esse q̄z sui officij meminisse 7 alieni obliuisci. Vinceris ergo me amādo. nullo te vnq̄z beneficio affecerim. quin fueris semp̄ in his reb9 attentissimus: que vsui meo accederent. nullū ego ꝓ te laborem: nulluz p̄iculum ꝓ tua salute susceperim. quid est qd̄ a me velis/in quo me accusas/cupio oīa a te scribi Et est (vt

